

DE
TONIS COMBINATIONIS,
DISSERTATIO PHYSICA;

QUAM,
CONSENSU AMPLISS. AD UNIVERS. ABOËNSEM
FACULT. PHILOS.,

PRÆSIDE
M. GUST. GABR. HÄLLSTRÖM,

*Ordin. Imper. de St. Vladimiro in quarta classe Equite,
Physices Prof. Publ. Ordin.,
Reg. Acad. Scient. Stockholm. Membro,*

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

JACOBUS ALG. GADOLIN,
Aboënsis,

in Audit. Philos. die XXVI Junii 1819,
horis p. m. solit.

PARS V.

ABOÆ, Typis FRENCKELIANIS.

quam vero sequenti ratione, utpote universalem, theoretice quoque eruemus. Sit ratio tonorum duorum simul sonantium $p:q$ (numeris hisce ad minimos valores reductis, quo nullum habeant factorem communem), ita ut, sumto valore unius toni = 1, alterius sit valor = $\frac{q}{p}$; erit, e vulgari theoria, toni combinationis valor = $\frac{1}{p}$. Facto vero numero oscillationum, quae tonum progignunt unum sonantem, intervally temporis 1" absolutarum = r , habetur numerus toni alterius = $\frac{q}{p} \cdot r$, atque e nostra regula toni combinationis numerus = $(\frac{q}{p} - 1)r$. Esse vero debet relatio toni unius homologi producentis, ad tonum combinationis productum, ex utraque theoria eadem, si idem secundum ambas audietur productus; unde habetur $1:\frac{1}{p}::r:(\frac{q}{p}-1)r$, seu quod idem est, $\frac{q}{p}:\frac{1}{p}$:: $\frac{q}{p} \cdot r:(\frac{q}{p}-1)r$, quae relatio determinat esse $\frac{1}{p} = \frac{q}{p} - 1$, seu $q - p = 1$. Hinc igitur rede concluditur, eundem toties secundum ambas theorias determinari tonum combinationis, experientiae quoque

que consentaneum, quoties numeri p & q , qui relationem exprimunt tonorum duorum sonantium, unitate differunt, quod etiam in omnibus supra propositis exemplis accidisse animadvertisimus.

Quo toni combinationis facilius ex utraque theoria & determinari & examinari possint, commodum judicamus ad manus habere proportionem tonorum, quam sequimur, Kirnbergerianam, eique convenientem intervallo temporis $1''$ peractarum oscillationum numerum. Cumque certum quoddam datum instrumentum musicum necesse jam non sit ut respiciamus, talem lubet eligere numerorum seriem, qua fractiones, quantum fieri potest, evidentur, quo quidem respectu, loco valoris supra exhibiti C = 67,02 cum Chladni sumsisse conveniet C = 64. Habetur igitur

tonorum	ratio,	numerus oscillationum
<u>c</u>	: : I	512.
<u>cis</u>	: : 256:243	539,4
<u>d</u>	: : 9:8	576.
<u>dis</u>	: : 32:27	606,8
<u>e</u>	: : 5:4	640.

f

\overline{f}	:	4:3	682,7
\overline{fis}	.	45:32	720.
\overline{g}	.	3:2	768.
\overline{gis}	.	128:81	809,1
\overline{a}	.	270:161	858,6
\overline{b}	.	16:9	910,2
\overline{h}	.	15:8	960.

Inter multiplices vero quæ effici possunt tonorum combinationes, illas tantum jam aff'eremus præcipuas, quas illustrandæ doctrinæ supra propositæ maxime judicavimus fore inservituras, sequentes:

Ordo obser- vatio- num.	Toni combinati		Tonus Combinationis		obser- vatus;
	sonantes:	e nostra theoria.	e vulgari theoria		
L	g	384			
	gis	404,5	20,5	1,6 puls.	
H.	\overline{c}	512			
	cis	539,4	27,4	2,2 puls.	

III.	\overline{c}	512					
	\overline{dis}	606,8	94,8	\underline{G}	—	19	\overline{Dis} ,
IV.	\overline{c}	512					\underline{G}
	\overline{gis}	809,1	297,1	\overline{dis}	—	6,3	puls.
V.	\overline{c}	512					
	\overline{a}	858,6	346,6	f	+	3,2	puls.
VI.	\overline{c}	512					
	\overline{b}	910,2	398,2	\overline{gis}	—	57	\overline{B} ,
VII.	$\overline{\overline{d}}$	1152					g
	$\overline{\overline{h}}$	1920	768	\overline{g}		383	g
VIII.	\overline{gis}	1618					\overline{g}, g
	$\overline{\overline{h}}$	1920	302	\overline{dis}	1,6	puls.	\overline{dis}
IX.	$\overline{\overline{fis}}$	1440					
	$\overline{\overline{a}}$	1717	277	d	—	9	d
X.	$\overline{\overline{f}}$	1365,3					
	$\overline{\overline{h}}$	1920	554,7	\overline{cis}	+	42,7	\overline{F}
XI.	$\overline{\overline{e}}$	1280					$\overline{cis} +$
	$\overline{\overline{c}}$	2048	768	\overline{g}	256	c.	\overline{g}, c

XII.	$\overline{\overline{f}}$	1440					
	$\overline{\overline{d}}$	2304	864	$\overline{a} +$	288	d	\overline{a}, d
XIII.	$\overline{\overline{h}}$	960					
	$\overline{\overline{d}}$	2304	1344	$\overline{e} +$	192	G	g, G
XIV.	$\overline{\overline{c}}$	1024					
	$\overline{\overline{e}}$	2560	1536	$\overline{\overline{g}}$	512	\overline{c}	\overline{c}
XV.	$\overline{\overline{h}}$	960					
	$\overline{\overline{e}}$	2560	1600	$\overline{\overline{gis}} +$	320	e	\overline{e}, e

Circa has observationes sequentia nobis visa sunt afferenda momenta, ordinem ipsarum servantia:

I & II. Chordæ ita fuere speciatim tensæ, ut primum g & gis , deinde \overline{c} & \overline{cis} simul sonarent, quo facto tremulationem, cuius tamen pulsationes celeriores multo fuere, quam ut seorsim numerari possent, audivimus, qualis forte numeris 20,5 vel 27,4 respondit, nullos vero pulsus distinctos, numeris 1,6 & 2,2 secundum antiquam theoriam respondentes, observare valuimus.

III. Cum

III. Cum tono combinationis **G** auditio sentiebantur tremulationes numeris 19 forte respondentes.

IV. Nulos observavimus pulsus.

V. Tonum *f* distincte audivimus, de pulsibus vero dubii sumus. Si parvulam illam aribusque nullo modo percipiendam mutationem facimus, qua loco valoris $a = \frac{270}{161}$ fit $a = \frac{270}{162} = \frac{5}{3}$, qualis vulgo assumitur a multis hic valor, habemus ex nostra theoria tonum combinationis $= 341 = f$, proxime eundem ac antea, sed secundum vulgarem computandi rationem $= 170,2 = F$, quem ab auditu tono non valuimus distinguere.

VI. Tonum **B** non audivimus.

VII. Difficillimum nobis fuit distinguere, utrum *ḡ* an *g* auditus fuerit; ambo forte simul sonarunt. Hoc tamen certum putamus, tonum **G** non fuisse perceptum. (Confer *Vieth* in *Annal. phys. Gilberti*, Vol. 21, p. 277.)

VIII. Nulos animadvertisimus pulsus. Ponit *Vieth* (l. c. pag. 280) pro hac combinatione tonum pro-

productum E; nostræ vero aures non permittunt
gis sumi adeo graviorem vel h acutiorem ut au-
diretur e.

IX. Putares in hac combinatione tonum fere audiri d, minime vero D, ut statuit Vieth (l. c. pag. 280). Hinc forte, & ex iis quæ supra (VII) attulimus, facile poterit Vieth illud explicare singulare, quod (l. c. pag. 271, not.) cum Kindscher se præter opinionem observasse commemorat, fuisse nempe tonum combinationis una octo tonorum serie (octav) acutiorem auditum, quam ex suo calculo provenire debuisse. Nisi scilicet nos omnia fallant, judicaverimus illum tonos combinationis calculo determinasse justo graviores, unde factum est, ut in exactioribus experimentis eosdem acutiores, quam exspectasset, audiret. Nonne igitur in illum ipsum inverti poterit animadversio in Tartinum facta? Pro $a = \frac{5}{3}$ esset ex antiqua theoria tonus combinationis $53,3 = A$.

X. Tonum F non potuimus audire.
=

XI & XII. Duos simul hisce in casibus tonos combinationis, ex utraque theoria suum, au-
dit

dit attentus observator, præsertim ex combinatio-
ne \overline{fis} & $\overline{\bar{d}}$ satis distincte tonos \overline{a} & d .

XIII & XIV. Hisce voluimus combinationibus experiri, annon acutior quoque, quam gravior ille tonorum combinatorum, audiri possit tonus combinatiensis; quod vero nobis non successisse est fatendum, cum graviorem tantum, qualem requirit theoria antiqua, in utroque casu distincte audiverimus, fortiore acutorum tonorum strepitu sonum debiliorem omnino insensibilem reddente. Illud tamen singulare circa observationes **XIII & XV** est commemorandum, quod in illa simul cum tono **G** audiverimus tonum **g**, atque in hac cum \overline{e} tonum e ; quæ quidem phænomena sic esse explicanda judicamus. In experimento **XIII** esset ex nostra theoria tonorum \overline{h} & $\overline{\bar{d}}$ tonus combinacionis $1344 = \overline{e} +$. Etiamsi vero hic non possit inter illos separatim distingui, efficit tamen una cum tono \overline{h} , simul sonante, tonum novum combinacionis; e concentu scilicet $\overline{h} = 960$ & $\overline{e} + = 1344$ oritur novus $384 = g$, qui jam, ob gravitatem, a reliquis facile distinguendus animadvertisit. Similiter, in experimento **XV**, e est tonus combinacionis
ex

ex antiqua theoria determinatus, qui quoque re vera auditur; alter vero ex nova theoria tonus combinationis $\overline{g} \overline{i} \overline{s}$ + = 1600, intra acutos \overline{h} & $\overline{\overline{e}}$ situs, non facile percipitur, sed nihilominus cum tono $\overline{h} = 960$ gignit tertium tonum combinationis $\overline{e} = 640$, jam satis gravem, qui ab iis separati audiatur; adeo ut trium jam hic habeamus tonorum combinationis simul effectorum exempla.

Ob cognitionem cum hac ultimo commemorata materie, satis quidem attentione digna, non possumus quin specimen quoque, coronidis loco, afferamus pulsuum a tono combinationis, etsi non audito, effectorum. Gravem aliquem observaturi, antequam haec nuperrime allata nobis erant perspecta, tonum combinationis, simul sonare fecimus in organo musico tonos **C** & **H**, e quorum, satis magno a se intervallo distantium, concentu nullos audiendos exspectavimus pulsus; nihilo tamen minus loco toni combinationis non percepti, distinctissime numerandi sese stiterunt pulsus sequenti ratione observati:

Toni sonantes	Horologium ostendebat	Tempus præter- lapsum
C & H	35 <i>l.</i> 17 <i>ll.</i> 15 <i>lll.</i>	
(pulsus duplices numerati.)	19. 40 22. 9 24. 35 26. 58 29. 24 31. 44 34. 12 36. 43 39. 4 41. 33 43. 55 46. 19	2. <i>ll.</i> 25 <i>lll.</i>
<hr/> Medium	<hr/> 10 puls. dupl. 1 puls. simpl.	<hr/> 2. <i>ll.</i> 25 <i>lll.</i> , 3 0. 7, 27

Huic

Hinc intelligitur, fuisse in hac combinatione pulsus adeo frequentes, ut intervallo temporis $1''$ numero $= \frac{60}{7,27} = 8,25$ audirentur. Loco eorum, sonantibus simul $C = 67,02$ & $H = 125,66$, expectavimus initio tonum $= 125,66 - 67,02 = 58,64$, quem vero cum non audiverimus, illud saltem eum jam intelligimus effecisse, ut per novam illius cum C factam combinationem novus ori-
retur tonus combinationis, qui ob nimiam gravi-
tatem in pulsus abiit separatim numerandos $= 67,02 - 58,64 = 8,38$, & numerum observatum 8,25
non nisi $\frac{1}{63}$ parte totius superantes, differentia hac
ne intervallo quidem temporis $1'''$ in observando
respondente. Hique pulsus eam quoque ob causam
audiebantur distinctiores, quod cum iis in hoc casu
omnino convenient, qui ex antiqua pulsum the-
oria determinantur. Exprimantur scilicet, ut an-
tea, toni sonantes numeris r & $\frac{q}{p} \cdot r$, existentibus
 q & p inter se primis; erit tonus ex iis combina-
tionis, secundum nostram theoriam, primarius =
 $(\frac{q}{p} - 1) r$, qui cum tono r novam constitu-
ens combinationem gignit tonum secundarium =

$r - \left(\frac{q}{p} - 1\right)r = \left(2 - \frac{q}{p}\right)r$. Ex antiqua vero theoria est tonus combinationis primarius $= \frac{r}{q}$, qui, si cum tono nuper determinato secundario conveniet, dabit $2 - \frac{q}{p} = \frac{1}{p}$, seu $2p - q = 1$. Illud vero ipsum convenientiae criterum in casum quadrat mox allatum combinationis C & H, ubi scilicet est $\frac{q}{p} = \frac{15}{8}$, atque $2p - q = 16 - 15 = 1$.

Jam igitur ostendimus, ex antiqua tonorum combinationis atque pulsuum theoria sola non posse deduci omnia huc pertinentia hænomena, neque etiam regulam a nobis propositam solam omnibus sufficere explicandis, quæ hujus generis audiuntur, sonis vel pulsibus, sed esse utramque methodum computandi in hac re consulendam; quo quidem facto satis plenam, ut putamus, habemus observatorum cognitionem. Finem vero huicce imponentes disquisitioni significandum esse judicamus, varias in hac opella recensitas observationes editis jam illius initii fuisse factas.
